



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2197. Des Bischofs Withego und des Domkapitels zu Meißen Erklärung
über die Beilegung des Streites mit den Vögten der Markgrafen zu
Brandenburg, betreffend die Gerichtsbarkeit im Lande Budissin, vom ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2197. Des Bischofs Withigo und des Domkapitels zu Meissen Erklärung über die Beilegung des Streites mit den Bögten der Markgrafen zu Brandenburg, betreffend die Gerichtsbarkeit im Lande Budissin, vom 21. Januar 1272.

Nos Withigo, dei gracia Misnensis ecclesie episcopus, tenore prefencium protestamur, quod super discordia, que orta fuerat inter illustrem principem, dominum Johannem, marchionem Brandenburgensem, et Ottonem et Cunradum, fratres suos, ex vna, et nos et capitulum nostrum ex parte altera iudiciorum, que aduocati de Budeffin in terra Budeffinensi in possessionibus et proprietate ecclesie exercuerant, quorum eciam occasione diuina in predicta terra iam dudum suspenfa fuerant. Ad que concordanda in Budeffin vna cum predicto principe domino Johanne marchione conuenimus in hac forma, Quod quatuor personis fide dignis commisimus vtrouque Eckerhardo de Milbuz, Sifrido de Biffowerde, militibus, ex parte nostra et capituli nostri, Petro de Kafowe et Gotfrido de Guize, militibus ex parte principum predictorum, ad hoc deputatis, vt a senoribus et melioribus inquisita plenius veritate dicerent et diffinirent, an super bonis et proprietate ecclesie nostre Misnensis, dicti principes aliquid iuris vel iudicij possiderent. Qui quatuor, fide data et corporali prestito iuramento, inuestigato negocio, coram nobis et dictis principibus, multis astantibus nobilibus et fide dignis, fuerunt publice protestati, quod dicti principes Johannes, Otto scilicet et Cunradus in tota terra Budeffinensi et terminis illis, quos dominus rex Bohemie dando eorum progenitoribus assignauit, in bonis et proprietate nostra et ecclesie nostre tam in feodatis quam in liberis, nichil iuris vel iudicij habuerunt, sex uillis duntaxat exceptis pertinentibus ad nos et proprietatem ecclesie nostre, quorum nomina sunt hec: Muzlesuwiz, Kupscize, Kunewalde, Begerstorf, Sprewenberc et Friderichstorf, in quibus dixerunt ad dictos principes iudicium pertinere. Super decimis quoque noualium circa villam Slepe inter nos et ipsos marchiones est taliter ordinatum; quod quilibet mansus, tempore census dabit nobis et ecclesie nostre Budeffinensi monete tres denarios nomine decimarum. De decimis uero in Hogerswerde, quas vir nobilis dominus Hogers de Vrideberc a nostra ecclesia et a nostris predecessoribus et a nobis in feodo tenuit, sic eciam et concordatum, ut predicti marchiones nos et nostros successores non impediri facient, qui nobis et nostris successoribus sine diminutione modo debito persoluantur. De decima in Gorie, que vacabat nobis de morte duorum fratrum Reinhardi videlicet et Hermanni, sic eciam est concordatum, quod deinceps nobis et nostris successoribus, qui pro tempore fuerint, sine impedimento integre persoluantur. Quicquid eciam retentum est de dictis decimis, nos pro bono pacis et concordie relaxamus, dampnum eciam et iniuriam nobis et ecclesie nostre per aduocatos dictorum marchionum illatam, ad consolidandam amicitiam maiorem, quantum ad nos pertinet, ex mera relaxamus animi puritate. Actum et datum in Budeffin, anno domini M^oCC^oLXXII^o, in die Agnetis, presentibus nobili viro comite Gunthero de Lindowe, Bernhardo de Wardenberc, Heinrico

de Bardeleue, Johanne de Wftrowe, Heinrico de Frifac, Johanne de Potleft, Theodorico de Wfterbufch, militibus noftris. Item domino Bernhardo, decano Mifnenfi et domino Bernhardo de Kamenz, fratre fuo, Gunthero de Biberftein et Heinrico de Waldowe, Berwico, quondam aduocato in Budeffin, domino Ekkehardo de Milebuz, Reinhardo de Temeriz, Friderico de Metcenrode, Zachmanno de Kazowe, Vlrico de Landefkrone, Luthardo de Scriuerfdorf, Heinrico juniore de Zcerin, Zcaflao de Pentz, Alberto de Porficz, domino Theodorico, fcholaftrico Mifnenfi, et domino Johanne, notario noftro, canonico Mifnenfi, et aliis quam pluribus tam clericis et laicis fide dignis. In cuius rei testimonium prefentem litteram figilli noftri munimine duximus roborandam. Nos Cunradus, prepoſitus, Bernhardus, decanus, totumque Mifnenſe capitulum predictam compoſicionis diffinicionem nunc venerabili patre ac domino noftro Withigone Mifnenſi epifcopo factam et ſuperius recitatum, gratam et ratam habentes et eandem figilli noftri munimine communimus.

Aus Neumanns Meißn. Urkunden-Sammlung.

2198. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad, ſchenken der Stadt Budiffin Viehweiden in Dittelwig, am 19. Januar 1272.

Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gracia Brandenburgensēs marchioes, uiuerſis Chriſti fidelibus hanc litteram inſpecturis in perpetuum recognofcimus, Quod propter affectum, quem circa ciuitatem noſtram Budeffinenſem ex mera animi gerimus puritate, eidem ciuitati noſtre Budeffinenſi et vniuerſis eius incolis dedimus vniuerſa bona in Ottelwicz, vt fruantur eiſdem bonis ad habenda paſchua eternaliter ſuo gregi et vt paſchant ibidem ſua pecora vniuerſa. Renunciamus igitur omni iuri, quod in dictis bonis habuimus uſque modo et ea ciuitati noſtre Budeffinenſi et vniuerſis eiſdem ciuitatis ciuibus cum omni iuris plenitudine et proprietatis titulo damus perpetuo poſſidenda. Vt igitur hec noſtra donacio per nos et per noſtros ſucceſſores, a nobis directa linea deſcendentes, inuolabiliter teneatur, omni eciam inpeticione, que de bonis iſtis poſſet fieri, reſecata, ciuitati noſtre Budeffinenſi inſtrumentum noſtrum preſens deſuper confectum et ex certa noſtra conſciencia conſcriptum dari fecimus, figillorum noſtrorum appenſionibus communitum, teſtibus nichilominus qui preſentibus aderant ſubnotatis. Nobili viro comite Guntero de Lindowe, Bernardo de Wardenberch, Heinrico de Bardeleue, Hancone de Irekefleue, et filiis ejus ambobus Johanne videlicet et Burchardo, Luthardo de Scriuerſtorp, Johanne de Wftrowe, Gerardo de Boiceneborch, Johanne de Vchtenhagen, Frederico de Eycſtede, Thiderico aduocato Budeffinenſe, dicto de Wfterbufch et quam pluribus aliis fide dignis. Datum in Budeffin, anno domini MCCLXXII, XIII kal. februarii.

Aus G. Köhler's Codex diplomaticus Luſatie ſuperioris Band I, S. 76.